

# CORONA MAGISTRI BONCOMPAGNI [Salamanca, Bibl. Univ. 2613, fol. [124ra](#)]

## Incipit Corona B<oncompagni>.

[1] Cum in viridario redolenti florum varietate ac multitudine violarum, sedulus exiberem operam dictatorie facultati, collectis melioribus floribus et violis, opusculum presens, nomine rudium, compilavi. Ubi presunt, reperui per ordinem adiectiva, que ad laudem cuiuslibet eriguntur, circumscripto laude, statu et meritis personarum, quibus adiectivis habitis in patenti, eorum proprietates per consequens patefient. Ut igitur, lector, effectum intelligas melius operis subsequentis, nota tres partes epistule principales, prout **dixi albi** protestandum, quarum prima salutatio, videlicet quomodo debeat laudis insignibus purpurari, cum causa benvolentie, cum quanto a iusticia **derivatur**. Aperte tradam nescientibus in doctrinam, qui sepe ingenium nimium inbecilles quod putant colorare, minus provide decolorant, ut puta si appellant **strenuum** aliquem popularem verum.

*incipit. in margine alia mano dixi] domini ed. albi] Alberici ed. benvolentie]  
bennivoltie derivatur] damnatur ed. strenuum] strenum S strinuum ed.*

[2] Quoniam ad id quod intendimus necessaria est cognitio personarum, sciendum est quod sunt due: mittentis et recipientis. | [124rb] Mittentis autem persona rationabiliter non laudatur, cum hec autoritas "Os alienum te collaudet et non **tuum**" nobis firmus contradicat. Recipientis vero persona in duobus casibus dotari laudibus insignibus promeretur, scilicet cum equali scribimus vel minori; si enim in persona maiori scribimus, constitutis adiectivis et personis, ponam adiectiva que debite singulis respondebunt, in clero sumens innicium operi.

*sciendum] siendum mittentis] mitentis Os] versus ed. tuum] tuam ed. scribimus]  
scripbimus constitutis] constituto operi] amori*

[3] Istis adiectivis scribentes patri nostro et domino summo pontifici perutantur: **sanctissimo**, **benignissimo**, **clementissimo**, **purissimo**, **reverentissimo**, **misericordissimo**, **excellentissimo**, <et> aliis excellentie adiectivis, que possunt precedentibus similari.

*aliis] alliis*

[4] Patriarchis adiectiva subsequuntur: **venerabili**, **benigno**, *in sede secundaria colocato*, **beatissimo**, **misericordi**, *secundo ipsi vicario*, *vero immo verissimo protectori*. In hoc autem loco diligencius presciendum <est> quod quidam patriarche, ut puta Gradensis patriarcha, se **primates** appellant et etiam, cum eis scribitur, appellantur. Est enim suprascriptus patriarcha Dalmacie atque Croacie primas; super his enim et similibus consulo taliter dictatori, ut cuiuslibet curie, prout poterit, consuetudines addiscere elaboret. Nam consuetudo in multis rationibus cognoscitur prevalere. Profecto, quod usu conceditur, multotiens deviat a natura.

*Patriarchis] patriarchis secundaria] sediana ed. presciendum] presiendum patriarche]  
patriarce patriarcha] patriarcha patriarcha] patriarcha Croacie] Troacie*

[5] Cardinalium **aliis** archiepiscopus **aliis** in episcopali chatedra virgulatum baiulat pastoralem; unde adiectiva, que dignoscetur archiepiscopis vel episcopis pertinere, eadem cardinalibus referantur. Ideo tamen cave memorie **reservatio** quod non debent vocari **assessores** vel **vicarii apostolice sanctitatis**.

*aliis...aliis] alias...alias ed. reservatio] reservando ed. debent] debet*

[6] Archiepiscopi bene possunt dictionibus infrascriptis multipliciter honorari: **venerabili**, *radianti catholice fidei documentis*, *pietatis generoso patri*, *reverendo*, *vere sapiente* | [124va] *radiis illustrato*, **misericordi et benigno patri**, *insignito floribus sanctitatis*, et cetera, quoniam istis possent plurima sociari. Sunt autem quidam archiepiscopi qui similiter sunt primates, possunt rationabiliter appellari, ut Pisanus archiepiscopus qui est primas secundarie et constitutus.

*Archiepiscopi] Arciepiscopi rationabiliter] hoc modo add. ed.*

[7] Descendentes ad quintum ordinem clericorum, has circumscriptiones episcopis referamus: *fidi virgula pastoranti, vera prebenti catholice fidei documenta, doctori bonorum fidelium et exemplo, pastori digno, commendando effectibus honestatis, verissimo medico animarum, reverendo in Christo patri summa discretione fulgenti, vero domino, uno patri, et etiam consimiles dictiones.* Si autem fuerint religiosi, sic **potest** digna: *religiosissimo patri et domino, radianti spiritu genere septiformis, sancto patri, et taliter.* Hic nota quod commendari potest religiosus quibus laudibus promeretur, cum sit vocatus filius Creatoris.

Descendentes] Descentes      verissimo] verimo      potest] p<sup>t</sup> S pariter ed.      religiosissimo] religiosissimo

[8] Quoniam episcopis inmediate archidiaconi subsequuntur, sic dicemus eis scribere cupientes: *probo fidelium defensori, honesto et preclaro viro sapientia multimoda decorato, benigno viro discretionis radiis illustrato, honestatis floribus redimoto, et hiis* dictiones similes socientur.

archidiaconi] archidiani      hiis] hiem

[9] Archipresbyterum seu prepositum honorare possumus talibus adiectivis: *moribus et scientia insignito, sapienti viro, fidem veram et operam predicandi, viro prudentissimo et preclaro, reverendo theologie pericia informato, digno canonicorum numero presidenti, et similibus adiectivis.*

predicandi] predicanti ed.      canonicorum] sanonicorum

[10] Ut precedentia et subsequentia velocius dictatorum intellectui presententur, nescientes hoc recipient in doctrinam, quod vir quilibet commendatur, prout eius dignitas vel qualitas, mittendi presistunt argumentum. Igitur sibi caveant dictatores ne modum excedant, quoniam quod uni placet quandoque alii displicet et aborret. | [\[124vb\]](#)

subsequentia] subsenquentia      caveat] caveat

[11] Abatibus et prioribus usus et consuetudo porigit adiectiva et etiam substantiva hoc modo: *caritatis tam de labro lucerne, honestatis vivo fonti, religioso viro, provido viro, gerenti merito abathiam.* Et si prior fuerit: *cura digno, pro meritis prioranti, cibis spiritualibus educato, exemplo caritatis, autori fidelium Creatoris, pro merito fidelium defensori, pie vite peroranti ceteris argumentum, religionis purissime fundamento,* et que possunt precedentibus adaptari.

gerenti] garenti      exemplo] exemplum

[12] Ista verba sacerdotibus porigamus: *dignissimo et honesto, divinis officiis ministris sacris non inmerito insistenti, custodi probissimo animarum, Creatoris participi sacramenti, iter prebenti ceteris ad salutem, animarum fidelium curatori,* et similes dictiones.

[13] Cum scribimus clero, utimur istis verbis: *prudenti ribus et honestate preclaro, ad divina officia promtissimo et parato.* Si decretista fuerit vei legista vel theologus vei decretalista, sibi dicatur: *juris pericia radianti, perito divine sapientie disciplinis, variis ordinationibus insignito,* et cum istis claudimus primiceros et canonicos.

ad] a

[14]. Nota quod <si> scribimus alicui vel aliquibus, quibus nos iungimur linea parentele, debemus explicare specialiter parentelam, videlicet, *reverendo patruo vel avunculo, consanguineo vel germano,* et cetera. Hic presciendum est quod assignatur dupliciter parentela: naturaliter et per accidens. Est igitur naturalis parentela quelibet que superius declaratur, alia vero, que est per accidens, de coniugio sumatur, ut puta, si quis tuam amitam receperit in uxorem, eum potes tuum patrum appellare, et sic de ceteris per ordinem intelligendum.

presciendum] presiendum

[15] Circumscriptis clericorum nominibus ordinate, ut pateat voluntatibus, circum scripto laicorum ponam, quamvis non quaslibet, dictiones que laicis pertinebunt, ab imperatore sumens principium, tamquam omnibus presidenti. | [\[125ra\]](#) [\[JPG\]](#)

imperatore] inperatore

[16] Imperatoris nomen semper preponi debet, nisi sibi scribat dominus apostolicus, cuius nomen aliis preponatur. Verumtamen si imperator fuerit contra dominum apostolicum

indignatus, preponatur tunc nomen imperatoris. Dictionibus subsequentibus aquiritur benivolentia sive gratia imperialis: *inmitissimo, beatissimo, clarissimo, merito dignissimo imperanti, iusto baiulanti gladium triumphantem, potentissimo, gloriosissimo, constantissimo, serenissimo, excellentissimo, magnificientissimo, magnifico christianorum probissimo defensori.*

imperator] imperatnr      subsequentibus] subsequenbetibus      imperialis] in- perialis      imperanti] inperanti

[17] Non est silentium pretermittendum quod semper *augustus* rex debet Cicilie appellari necnon etiam *triunfator*, et hec: *victorioso, munificentissimo*.

Cicilie] Citilie

[18] Ad reges pertinent infrascripta: *splendidissimo regi prefulgenti, summe potentie domino, inmensa maiestate preclaro, nobilissimo, regi illustri prepotenti, sedano triumphanti, glorioso, constantia summa et excellentia sublimato*. Et etiam appellantur *assessores corone imperii* a quibusdam, sed bene potest sine vitio subticeri, qua ratione cardinales *assessores apostolici* non dicuntur.

prepotenti] prepoteti      excellentia] excelleitia      assessores...assessores] assesnres....assesnres apostolici] apostolici

[19] Duces honorantur talibus et similibus adiectivis: *magnifico et illustrato duci, summe altitudinis domino duci, viro eximio et potenti, dominanti excellentia glorioso, summa iusticia presignato, probitatis radiis illustrato, celso et nobili viro strenuo et preclaro*.

talibus] casibus

[20] Marchionibus convenient ista verba: *excellenti egregio marchioni, laudabili potenti, strenuo et felici provido, summa nobilitate preclaro, gracioso, radianti floribus probitatis et generoso*.

conveniunt]

[21] Conestabilibus hec et similia porigantur: *fama laudabili decorato et preclaro et nobili viro, plurimum radianti operum claritate, [125<sup>rb</sup>] iusticie amatori, summe dominationis laudabili potestati, moribus et scientia ministrato, inlustri, celso factori habentium rationem*.

Conestabilibus] Contestabus      ministrato] ministraen      inlustri] iplustri

[22] Comites gaudent infra scriptis: *circum specto ti, honorem et gloriam comitanti, morum et nobilitate generis celenti, altitudine prepotenti, preclaro et glorioso comiti, strenuo, clarifico, et similibus istis, et etiam eleganti comiti*.

Comites] emnes

[23] Capitaneis videntur subsequentia convenire: *laudabili viro, nobili sanguine prepolenti, declarato multimode claritatis, provido et preclaro capitaneo, morum elegantia prefulgenti, egregio domino et potenti viro, et istis similiter referantur*.

convenire] et venire

[24] Valvasoribus ista et consimilia reservamus: *laudabili et circumspecto, curialissimo valvasori, egregio viro, gratissimo viro, probo industrianti, morum radiis illustrato, fonti laudabili curtesie, et etiam strenuo et preclaro*.

Valvasoribus] Vavasoribus

[25] Militibus benivolentia aquiritur infra scriptis: *probo militi forti ardito, gratissime militanti, gloria redimoto, bonis moribus informato, liberali, provido, nobili, robusto, preclaro, viro prudenti*.

Militibus] Millitibus

[26] Hic nota quod miles de se poterit quandoque dicere de novo *precintis cingulo militari*. Aliter vero miles se debet *militem* appolare, preterea nec *illustris* infra marchionem aliquis appelletur, nisi comes fuerit palatinus.

poterit] poternt      miles] niilen~      debet] deb~t

[27] Popularibus videntur subsequentia convenire: *laudabili viro, discreto, diligendo, moribus insignito*. Ubi cautius est videndum, quod quidam populares sunt pugiles, quibus dicatur: *probissimo viro, forti viriliter duellanti, viribus redimoto*. Alii sunt mercatores, quibus dicimus ista: *provido mercatori, laudabili mercatori, sapienti mercatori, circumspecto [125<sup>va</sup>] mercatori*, et si fuerit campsor ei hec nomina referantur. Si vero iudici contigerit quod scribamus, pre manibus habeamus adiectiva et his consimiles dictiones: *iusticie amatori*,

*floribus eloquacie purpurato, iuris pericia radianti, sapienti rationis et iusticie fonti vivo, rationis eloquentia defensori, obvianti ludentibus rationem, equitatis fautori.*  
 laudabili] laudabi diligendo] dilicendo cautius] caueius duellanti] duelanti  
 mercatores] laudabili mercatori] laudabili mereari contigerit] et tigerit scribamus]  
 scripbamus consimiles] et similes iusticie] iustie  
 [28] Breviter eorum trium spectionibus assignatis, qui se non respiciunt in respectu  
 subpredicto, adiectiva inferius patefient, que poriguntur his, inter quos habitudo fuerit relativa.

[29] Patri scribentes utamur dictionibus infra scriptis: *benigno patri vel genitori, reverendo, karissimo, post Deum super omnia metuendo, apanthocir, quod est totum trahenti originem cum effectu, fuganti per habundantiam indigentiam filialem, precipuo benefactori pietatis informato.*

benigno] benigni

[30] Filius recipiat infra scripta: *dilecto filio, karissimo filio, quam plurimum diligendo, peramando, parentis leticie fonti vivo, plantule gloriose, debite patrizanti.*

[31] Matri scribatur: *dulcissime matri, piissime genitrici, timende, metuende, karissime, collendo portui et refugio speciali, benigne spei et fiduciae filiorum, graciouse et reverende, diligende pre omnibus infra Deum, et his iungas similes dictiones.*

spei]

[32] Si autem filius fuerit inobediens et rebellis, et istis utimur: *cuidam dilecto filio nullo modo patrizanti, coquinanti turpiter parentelam, verecundie parentele, parentum tristitie ac dolori, moranti veneno aspidis serpentino, aphilos, quod est amor trahenti originem abusive, non filio, sed potius inimico, filio solum vocaliter appellato, de novo mutato velociter ad vicia de virtute, inimitanti obedientie paternali, rebelli moribus gracionis, non filio] diligendo, sed habendo in odio preminent, et cetera.*

istis] isti cuidam] quidam aspidis] aspido non] non ne habendo in odio] habenodin

[33] Magistro discipulus ita dicat: *gracioso, laudabili magistro sive doctori, patri benignissimo per doctrinam, trivii et quadrivii fundamento informato, Platone et Aristotile domitis, morum elegantia redimoto. Si vero magister fuerit dictator, sic ei dicatur: elegantissimo dittaminis fonti vivo, eloquentia perito, ornatui stabili fundamento, famoso dictatori, subiecto rethorice facultati. Si autem dicentibus legem contigerit quod scribamus, eos appellamus: lectice legum dominos doctores. Si autem fuerit theologus: dicenti veram sapientiam de salute, vere fidei et operum fonti vivo, scientia salutis et anime radianti, et cetera. Si autem doctor fuerit decretista: discretione multimoda prepolenti, summa scientia redimoto, decretorum vei decretalium fonti vivo, iuris prebenti splendida documenta, et cetera.*

discipulus] disci- pus lectice] Iceticie; cfr Du Cange s~e. Icetica legum] legoom theologus]

[34] Ad discipulum et scolarem: *benigno, laudabili discipulo et socio, moribus insignito, gratioso socio, peramando, bone versationis socio et scolari prudenti. Sed si fuerit nobilis: honorabili, circumspecto parato suspicere documenta, et cetera.*

[35] Frater loquens fratri utatur talibus adiectivis: *peramando fratri, karissimo, dilecto, benigno fratri. Si vero maior fuerit cui debent littore destinari, et mittentis fuerit curator, seu etiam procurator, talibus dictionibus collaudetur: discreto fratri immo patri potius per effectum, fraternalm dilectionem flagranti. Sororibus transmitantur que de fratre parum superius exponuntur.*

cui] eam mittentis] mitentis potius] fratre] fratre

[36] A fideli cliente sive vasalo, sive etiam a servo, dominus taliter honoretur: *laudabili domino et maiori, metuendo domino, probissimo suorum fidelium defensori, laudabiliter dominanti (d), fortissimo clipeo subditorum, reverentissimo domino, pretimendo super omnia infra Deum, spei et fiduciae vasalorum, seculo portui subiectorum, clientum vel puerolum refugio speciali.*

[37] Scribentes domini istis adiectivis| paucissimis perutuntur: *fidi vasalo, clienti sive vasalo fideliter subiacenti, debite servienti, obedienti, famulanti.*

vasalo] vasalvo

[38] Uxori conveniunt ista cum scribit marito: *dilectissimo domino et marito, dulcissimo, metuendo, suo consilio et favori benigno, gratico, sapienti, seculo portui, refugio spei mee, suo proprio domino infra Deum, et cetera.*

[39] Maritus, contra, scribens uxori utitur paucissimis adiectivis: *peramande, diligende, laudabili, moribus radianti, debite subiacenti.* Si enim maritus stetisset multis temporibus quod non vidisset uxorem, ut puta si stetisset ultra mare vel in aliquo itinere, sic posset dicere: *dulcissime uxori, fidelissime uxori, uxori per effectum cognite bonitatis, sapienti uxori sue.* Et nota quod semper mariti debet anteponi nomen, cum sit caput.

ultra] otra

[40] De amico ad amicam. Sed presciendum est primo quod antequam amans habuerit quod optat, talibus utatur: *nobili et sapienti domine, morum elegantia decorate.* Si nobilis fuerit: *nobilissime, sapientissime.* Et, quoniam consuetudo est cupere quod de pulcritudine, etiam si deformis fuerit, collaudetur. Dictator semper multis, ut potes, perutaris: *illusterrime, amantissime, splendidissime, lucidissime, iocundissime, curialissime.* Si autem amans habuerit quod optat, salutabit hoc modo: *anime sue dimidio, forma sensu et genere decorate, amice dulcissime, suorum oculorum lumini, super aurum et topazium reluenti, generose ac preciosissime amice, elegantia et pulcritudine precelenti, stellarum omnibus clariori, veri amoris titulo insignite, amice dulcissime, immense pulcritudinis fundamento, amoris fructibus educate, dilecte filie Veneris per effectum.* Hoc enim modo potest amica salutare amicum, mutato masculinum in femininum; sed quandoque eum appellat *falconem*, et hoc propter pulcritudinem et nobilitatem, quandoque *leonem*, et hoc propter fortitudinein. Et sic de aliis: *illum amatorem Tristanum superanti, excedenti Flonuin in amore, sue spei et fiducie termino, ultra quem non est aliquid preter Deum, et similes dictiones possent in talibus adaptari.*

elegantia] elegantie deformis fuerit] deiformes fuerint generose] genose preciosissime] preciosissime elegantia] elegantie insignite] insignito nobilitatem] nolitatem Tristanum] Tristantum spei] sp~i

[41] Hec referantur patruo sive avunculo a nepote: *metuendo, diligendo, reverendo, secundo patri, bene factori, precipuo patruo immo patri, speciali refugio, gratico, et similes dictiones.* Talia materterere et amite referamus, mutato masculinum in femininum.

amite] amitte

[42] Ad consanguineos pertinent ista: *dilectissimo guineo, provido, discreto, karissimo consanguineo, et propinquu prudenti, moribus informato, sapientia radianti.*

dilectissimo] dilectissima

[43] Patruus et avunculus amitalis, vel matertera, nepoti sic possunt dicere, et sue nepti: *dilectissimo, benigno, dilecto nepoti meo, filio sucessivo, peramando, letitie parentele, karissimo nepoti.* Si voluerit nepti scribere, mutet masculum in femininum.

meo] mio nepti] nepoti

[44] Amicorum nomina adiectivis talibus circumscribantur: *dilecto amico, amicitie floribus adornato, insignito amicitia pura, sincere dilectionis legibus famulanti, discreto et provido, karissimo, amico cognito non medio sed integro per effectum, purissime dilectionis constantia decorato, auro purissimo informato.* Si autem fuerit recipiens litteratus, recipiat infra scripta: *moribus et scientia redimito, fundamento amititie, prudentie radiis illustrato, dilectionis purissime fonti vivo, sapientia radianti, subiecto scientie litterarum.* Concludo breviter et consulo dictatori quod, mittentis et recipientis qualitates et quantitates, consuetudines et mores inquirere beat diligententer et, hiis cognitis, de istis porigat cuiilibet et quod suum est.

pura] porio dilectionis] dillectionis mittentis] mittetis inquirere] inquire diligenter] diligenter

[45] Opusculo finito per gratiam Salvatoris, | universos rogo, ad quorum manus pervenerit hec **Corona**, ut de dono sue gratie illam non despiciat vel contempnat, sed floribus et violis in ea positis et locatis, prout decor fuerit et honestum ad suum beneplacitum, perfruatur.

## Explicit Corona Boncompagnì.

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
**Scrineum** © Università di Pavia 1999